

Myrica & g... domibus eburnis, ex quibus delectaverunt se filii Regum. Pl. 44. 9. Vis domos eburnas spiritualiter acquirere? Magna domus, & magna tabernacula Dei, corda sunt Sanctorum. Ipsosque reges regentes carnem; subjungentes sibi turbas humanarum affectionum; castigantes corpus, & servituti subicientes; accipe: quia inde delectaverunt eum filii regum. S. August. hic.

Merito rex dicitur, qui te recte regere noveris. Origenes in lib. judic. hom. 6. Qui seipsum regit; quod pluris est, quam alius imperare: eor ejus in manu Dei est; quod Deus vult; convertit illud? Non mirum, si convertit in bonum, qui perfecta bonitatis est. S. Ambros. l. de fuga seculi c. 6.

Hic demum rex vere est, qui iram, invidentiam, ac libidines, coercere, ac frenare, novit; qui, quidquid agit, id ad Dei legem exigit; qui mentem in libertate conservat; qui animum sub imperio voluptatum venire non sinit. S. Chrysof. t. 6. conc. de imperio, & potestate.

Vere liber, & solus princeps, ac rex regum, ille est; qui passionibus immunis est. Idem hom. 59. in Matth. 18.

Is demum rex est, qui iram, qui invidiam, qui voluptatem cohibens, omnia sub Dei lege agit mentem liberam servans; neque patiens voluptatum dominationem animo suo imperitare. Idem. Libello, in quo confert Monachum eum rege.

Ut piscibus praesens ratione carentibus; perturbationes, & animi motus rationi contrarios supra. Et praesens desinit. Gen. 1. 26. Impera exigis; qui mentem in libertate conservat; qui animum sub imperio voluptatum venire non sinit. S. Chrysof. t. 6. conc. de imperio, & potestate. Vere liber, & solus princeps, ac rex regum, ille est; qui passionibus immunis est. Idem hom. 59. in Matth. 18. Is demum rex est, qui iram, qui invidiam, qui voluptatem cohibens, omnia sub Dei lege agit mentem liberam servans; neque patiens voluptatum dominationem animo suo imperitare. Idem. Libello, in quo confert Monachum eum rege.

Majus est corpus proprium subjungere, quam sibi regna subicere. S. Bonav. l. 2. de S. Nicolao Ep.

Nonne tibi videtur animus humanus in se reginam quodammodo personam gerere, cum coeperit affectibus, & passionibus, fortiter praedare; & cum auctoritate imperare; & illud, quod intra nos est, regnum coelorum viriliter vindicare? Richardus ad S. Vic. de erud. hom. inter l. 1. c. 1. Vide tit. affectus.

S. III.

Alia motiva Passiones vincendi.

Omnis Galilaea. Jof. 13. 2. Nomen Galilaea, quia fluctus illic ventis voluntati ludunt; vel 3. congeffis passim, convolutisque arenarum cumulis. Galilaeam cum Josue subjugit; qui carnem domans, passionemque fortiter subjugans, regnoremque revolutiones, procellas, & turbines spernit. Cornelius hic.

Beati pacifici. Matth. 5. 9. Pacifici sui semetipsi sunt, qui omnes animi sui motus componentes, & subicientes rationi, ad est, menti, & spiritui; carnesque concupiscentias habentes edomatas, sunt regnum Dei. In quo ita sunt ordinata omnia; ut id, quod est praecipuum in homine, & excellens, hoc imperet ceteris non reluctans; quae sunt nobis; beatusque communia. S. August. l. 1. de serm. Dom. in morte cap. 8.

Anima mea. Luc. 1. 46. Tolerus: recte inquit B. Virgo anima mea: quia ipsa sola habebat animam suam in potestate sua; ejusque erat domus; quia illam possidebat per patientiam, & affectum, passionemque omnium dominium. At nos non possidemus animam nostram, quia possidemur ab ira, superbia &c. apud Cornelium hic.

Servit omnis; qui auctoritatem pure non habet conscientiae. Servit, quicumque vel metu frangitur, vel delectatione irretitur, vel cupiditatis ducitur, vel indignatione exasperatur, vel morose deicitur: servilis enim est omnis passio. S. Ambros. de Jacob. & vita beata l. 2. c. 3.

Quenamodum acerba vulnera nec leve quidem manus contractum ferunt; sic & animus perturbatus difficilis est, & morosus; & ad omnia indignatur: quovisque verbo mordetur, & offenditur. S. Chrysof. hom. de fide Annae.

Nihil aequo affigit, ac si anima obideatur a perturbationibus. Alia enim extrinsecus incidunt; haec vero intus nascuntur: & haec est maxima afflictio. Etiam si nos vexet Mundus, nos autem ipsos non vexamus; nihil nobis fuerit molestum. In nostra potestate firmum, ut vel assilgamur, vel non assilgamur. S. Chrysof. in Pl. 4.

Quovisque affectus, ac perturbatio; cum pravalet, ac

dominatur rationibus sibi subjugatis; animi nostri tyrannus existit. S. Gregor. Nyss. or. in fun. Pulcheriae. Animus ipse sine facina est, donec & sperare desinat, & timere. Hildebertus ep. 1.

TITULUS VII.

PASTOR BONUS CHRISTUS.

Radix quasi pastor gregem suum. Ecd. 18. 13. Christus pluris videtur facere pastoris nomen, quam regis; hoc aspernatus est; & in morte inclinans caput a titulo regis deflexit; tum contra seipsum pastorem nominet. Joan. 10. 11. Et licet habuerit progenitores nobiles, maxime tamen, se a pastore defendere, indicare voluit. Liber generationis Jesu Christi filii David. Matth. 1. 1. de quo Pl. 77. 70. & elegit David servum suum; & sustulit eum de gregibus ovium. Il. 40. 11. sicut ovium gregem suum pastor. Octavianus in Ecd. 18. 13. imponit in humeros suos gaudens. Luc. 15. 5. Ovis omnis videtur; sed corona est. Tertull. l. 3. adv. Marcion. c. 9. novus rex novorum Christum Jesus novae gloriae; & potestatem, & sublimitatem suam, humero exulit. Naxera in Jof. 3. 9. 13.

Ego sum pastor bonus. Joan. 10. 11. Ego enim sum, qui, quod infirmum est, consolido; quod aegrotum, sano; quod contractum, alligo; quod errans reduco; quod perit, quero. S. Basil. Seleuc. or. in praedicta verba. Cur non dicit: ego sum Samaritanus? quia ille magnae charitatis fuit. Quia Samaritanus, iter faciens, casu invenit miserum: ut bonus pastor multa cura errantem ovem quaesivit. Sylveira c. 19. in Joan. 10. Et cognosce ovem. Joan. 10. 14. Theophylactus: mercenarios oves ignorat; raro enim visitat. Pastor bonus oves agnoscit, quia frequenter visitat. Il. 7. 14. vocatur nomen ejus Emmanuel. En pastoris nostri proprietates. Quid Emmanuel? nobis sum Deus. Efcobar l. 9. sect. 2. obf. 4.

Tamquam ovis ad occisionem, ductus est; & sicut agnus Dei. Act. 8. 32. Dicitur ovibus, cum sit pastor bonus. S. Basilii Seleuc. pastor pro ovibus tamquam ovis jugulandum praebet. Praedictum boni pastoris insigne est, ut pro jugulandis ovibus ipse sed ad mortem offerat. In nullo differunt, in nulla actione suos videt, quod ipse in se distinet, & in se non assumat. Sylveira hic.

Quis pastor oves proprio pascit cuore? & quid dico pastor? Mater multa vita, quae post partus dolores filios alit, tradunt nutrimentis. Hoc autem ipse non passus; sed ipse non proprio sanguine pascit, & per omnia nos sibi coagulant, S. Chrysof. hom. 60. ad pop. Antioch.

Miscellanea.

Fuit autem Abel pastor ovium. Gen. 4. 2. S. Basilii hom. de M. Mamante: ne contemnas virum, ubi pastorem audis; qui Deo primus placuit Abel; pastor fuit. Moyses, magnus ille Legislator; pecudes pavidit in monte Horeb Ex. 3. 1. 2. & per pasturam ad colloquium Dei pervenit. Jacob Patriarcha pecudes pascendo pro veritate patientiam ostendit. David a pecudum pastura pervenit ad regnum. Sorores quaedam sunt, pastura, & regni administratio: quapropter Dominus utraque complexus, & pastor est, & rex. Pl. 22. 1. Dominus regit me. Sept. Dominus pascit me. Mendoza in 1. Reg. 9. 3.

TITULUS VIII.

PATER.

S. I.

Caelestis.

Non dixit: Ascendi ad Patrem nostrum. Joan. 20. 17. Ne esset communio creaturarum cum Unigenito; sed ad Patrem, inquit, veni, & ad Patrem veni: aliter meum per naturam; aliter vestrum per adoptionem. S. Cyrillus Jerof. Catech. 11.

Deus dicitur Pater creatione, adoptione. Rom. 8. 15. Accepit filium suum adoptionis filium. Instructione Ilaiz 38. 19. Pater filius notamus suam veritatem. Correctione. Prov. 3. 12. quem diligis Dominus, accepit. S. Thom. Aqu. in Jec. c. 3.

S. II.

Patris mira, dulcis, appellatio.

Pater noster, qui es in caelis. Matth. 6. 9. O maximam Dei benignitatem! his, qui defecerunt ab illo, & in extrema inciderunt mala, tantam praestitit malorum oblivionem, & gratiae participationem; ut Patrem sese appellari voluerit. S. Cyrill. Jerof. Cathec. Mystag. 5.

Quid

Quid tam augeat fiduciam? quid tam inflammat affectum? quid tam laetificat humilem animum? sicut Deum verum, & summum velle a Fidelibus Patrem vocari, eumque fiducialiter Patrem vocare. Dion. Carth. hic.

Qui? cui dicimus, Pater noster? nos quondam filii irae, filii gehennae, filii mortis, filii diaboli, dicimus Pater noster: Patri misericordiarum, Patri coelestis patriae, Patri vitae sempiternae, Patri D. N. J. C. Dei sibi meti coequalis, & coeterni. Rupertus l. 5. hic.

Quanta Domini indulgentia! quanta circa nos dignationis ejus, & bonitatis ubertas! qui sic nos voluerit orationem celebrare in conspectu Dei; sic & nos Deum filios nuncupemus: quod nomen nemo nostrum in oratione attingit; nisi ipse nobis sic permisisset orare. S. Cyprilianus lib. de orat. Dom.

O amoris abundantiam! percussio animo inexplicabiles large illius in nos divinae bonitatis opes admirare; qui talem, ac tantum, vocare Patrem esse ausus. S. Chrysof. tom. 6. or. de instr. fecundum Deum vita.

Frater S. Bernardi Gerardus, ut S. Bernardus refert l. 26. in Cant. cum ad extrema venisset, & solemnem illam abeuntium formulam a Christo propositam ulupasset: Pater! in manus tuas commendo spiritum meum. Luc. 23. 46. reguflata ea Patris appellatione conversus ad fratrem adstantem, non fatiatus ejus vocis sepius iterata suavitare; quantam, inquit, dignitatem Dei, Patrem hominum esse! quanta hominum gloria, Dei filios esse, & haereditas! Doultreman de am. l. 5. c. 2.

S. III.

Patris Coelestis bonitas.

Urgam, & ibo ad Patrem meum. Luc. 15. 18. Qua spe? qua fiducia? qua conscientia? Qua se? illa, qua Pater est. Ego perdidit, quod erat filii ille, quod patris est, non amittit. Apud patrem non intercedit extraneus; intrus est in patris pectore ipse, qui intervenit, exorat, affectus. S. Chrysof. l. 2.

Vidit illum Pater ejus. Luc. 15. 20. Quis ille nobis intelligendus Pater? Deus scilicet: tam Pater nemo, tam pius nemo. Tertull. l. de penit.

Accurrit, & cecidit super eum. ib. Rogo, quis hic desperationis locus? quis hic excusationis ocaho? hic stimulator quo timoris? nisi forte timere occurfus, terret osculum, turbat amplexus. S. Chrysof. l. 3.

Non ita gaudet vocari Dominus, ut Pater; neque sic amat habere servum, ut filium. S. Chrysof. l. 10. in ep. ad Rom. cap. 6.

Ipsa quidem Patrem se exhibuit mihi; sed non ego vicissim me illo filium. Quanta forte antollo jam oculos ad vultum Patris tam boni? tam salus filii! Pudet indigna gestiffe genere meo! qui gaudet tanto Patri vixisse degenerum! S. Bernardus l. 16. in Cant.

S. IV.

Pater carnalis.

Et panes patrem dulcis conditio, libera servitus, absoluta custodia, timor letus, blanda ultio, paupertas dives. secura possessio. S. Chrysof. l. 1.

In filio est substantia patris tota; & ideo nil pater perdidit, cum recipit. Id. l. 4.

O quid facit vis amoris! quamvis malo filio, non esse nocet, non esse non potest pater. Videt filium degenerasse animo: videt paternae pietatis, paterni generis, nil habere; & tamen nuncupat filium. Id. id.

Dilectus aliquis pater si fit tantus orator, ut lingua illius fora contrepent, & tribunalia concutiantur; si habet parvulum filium, cum ad domum redierit, seponit forensem eloquentiam, quo ascenderit, & lingua puerili descendit ad parvulum. S. August. tr. 7. in Jon. 1. 50.

Propinquorum quot oculi, tot lucernae: dies est aspectus matris, sol patris rutilat in vultu. S. Chrysof. l. 1.

Libris suis pater vice Dei est. S. Gregor. Naz. ad Vitilianum.

TITULUS IX.

PATIENTIA.

S. I.

Figura, Symbola, definitio.

Et Veteri.

Ibo, & videbo visonem hanc magnam, quare non comburatur vultus. Ex. 3. 3. Magna est visio, si vides hominem indignum, calumniam, tribulationem, igne circumdatum, & ve-

R. P. Spanner Poly. Tom. II.

lut ardentem; non tamen comburi, non ullum vindictae, aut impatientiae, promerere verbum. Stengelius l. 3. div. Judic. c. 50.

Sacerdos habebit pellem ejus. Levit. 7. 8. Pellis est Symbolum patientiae, ut pater Job 2. 4. & Job 19. 20. quae Sacerdotis propria virtus, & velis est. Ita Ilicius apud Cornelium hic.

Homo quidam erat in regione. Et Job 1. 1. Ita legit Origenes. Erat tanquam rosa inter spinas, tanquam lilium inter tribulos; candidus, ac rubeus: candidus fide, ac sanctitate, rubeus velut rosa plane, quia sustinuit dolores, ac passiones. Origenes hic.

Quoniam ab ipso patientia mea. Pl. 61. 6. S. Bernardus l. 2. in Circum. D. necesse est ergo, ut illucescat dies patientiae, per quem omnia dura, & aspera, tacita amplectaris patientia. Apud Pinna in Ecd. Ethol. 258. Bene patientes erunt. Pl. 91. 15. S. Hieron. vertit frontentes.

Pallare Domino in cithara. Pl. 97. 5. Omnis patientia dulcis est Deo; si autem in ipsis tribulationibus defecerit, citharam fregisti. S. August. in Pl. 42.

Omnes domestici ejus vestri sunt duplites. Prov. 31. 21. Duplex est vestis, hyemalis, & aestivalis. Vestem hyemalem dico virtutes, quibus protegemur contra pluviam, & grandinem tentationum, & perfectionem; ut est patientia, mansuetudo, humilitas, & humilissimi. Aestivam dico virtutes, quibus tempore pacis, & tranquillitatis, vacatur bonis operibus, vel contemplationi: ut est pietas, charitas, sapientia. Hugo Card. hic.

Edificavi mihi domos. Ecd. 2. 4. Quilibet deberet edificare in seipso domos multas, velut in quadam civitate. Primam domum debet facere hyemalem, id est, domum patientiae; in qua se tuncat a grandine, & pluvia tribulationum. Debet facere domum aestivam, velut solarium: scilicet domum spei &c. Id. hic.

Sicut lilium inter spinas. Cant. 2. 2. Tunc amica Dei anima inter amicas est sicut lilium inter spinas: lilium enim, quamvis pugnat a spinis, candorem tamen retinet; fortisorem emittens odorem, quam si non pungatur. S. Albertus M. parad. an. c. 4.

Ex Novo.

Obtulerunt ei aurum. Matth. 2. 11. Aurum Deo offerimus, cum per patientiam probati in tribulationibus non deficiamus. B. Ivo Carnot. l. de Epiph. D.

Jelum queritis. Et. Marc. 16. 6. Bene queritis eum, quia Nazarenum, & crucifixum. Multi enim querunt tantum Jesum Nazarenum, id est, salutem floridam: volunt enim hic gaudere cum Mundo, & in futuro regnare cum Christo. Sed non invenitur Nazarenus sine crucifixo: per multas tribulationes. Et. Act. 14. 21. Hugo Card. hic.

Et purgabit arenam suam. Luc. 3. 17. Grana ad pedes ventilantis suo pondere cadunt; sed paleae longius rapit ventus. Si igitur in tribulatione ad Christi pedes cadis, ejus voluntati subjectis; granum es: palea si te tribulatio a Christo removet. Christus ventilatus in horro a tribulatione, dum orat; sed prociat in faciem suam. Matth. 26. 39. Stella hic.

Sine lumbi vestri precinisti. Luc. 12. 35. S. Cyrillus Alex. in Cat. S. Thomae: succingit significat agilitatem, & promptitudinem, ad sustinenda mala; intuitu divini amoris. Apud Sylveira hic.

Calceae te caligat enas. Act. 12. 8. Calceati sunt patientes in dextero pede per amorem Dei, in sinistro per timorem Inferni. S. Vincent. Ferr. de S. Petro ad vincula.

Sciunt, quod tribulatio patientiam operatur. Rom. 5. 3. Notat Hugo Card. Paulum hic immere, patientiam esse velut terram fructiferam, quam tribulatio operatur, id est, colit, arat, exercet; ut fructum ferat meritum: eo sensu, quo Gen. 2. 15. Adam dicitur postus in paradiso, ut operaretur illum. Cornelius hic.

Ut probatus vestra fidei. Et. 1. Petri 1. 7. Bene patientia Sanctorum auro assimilatur: quia sicut in metallis pretiosus aliquid auro non est; ita haec apud Deum omni laude est dignissima. V. Beda hic.

Et Patrius, & alii.

Anima petra, terra bona, & fertilis, per multam patientiam. Origenes hom. 4. in Ezech.

Patientia est honestatis, aut utilitatis, causa; rerum arduarum, ac difficilium voluntaria, ac diuturna perpestio. S. August. l. 83. qq. q. 30.

Mirabilis res est patientia: quae tanquam in tranquillo portu animum constituit; eumque & ab adversis ventis, & fluctibus tempestatum, liberum reddit. S. Chrysof. hom. 83. in Joan. c. 18.

Patientia molestiarum est decoctio. Sicut ergo bonus stoma-chus concoquit cibos, quantumvis crudos; sic valida patientia qualvis adversitates. E contra sicut imbecillus stomachus

M. 2. car.

carne salam conquerere non potest; sic infirma, & debilis patientia seria verba. S. Greg. Naz. in carm. de virt. & vit. Apud Cornelium in Prov. 3.

Philo l. de Cherub. adverteit: tonderi homines, tonderi & pecudes; sed hoc discrimine: quod homines, nunc caput elevando, nunc reprimendo, nunc in alterutram partem, tonfiori se accomodant: Pecudes vero invitat, & retinentes: unde per vim ligantur; ut tondentem fulsineant. Sic pii homines &c. Pinna in Eccl.

Bonus cibus patientia pauperum? quæ non peribit in finem: panes lacrymarum, panes doloris. S. Bernardus l. 2. de diversis.

Patens ante monumentum mortuus est: sepulchrum enim cellulam suam fecit. Joan. Clim. gr. 27.

Si janua in cardine recte sita est, & posita, licet milites aperiantur, & claudatur, nunquam a suo cardine exit. Justi janua sunt cæli; quos licet ventas, moveas, ac removeas; per infamiam, & bonam famam; cum bene fundati sint in cardine, qui Christus est, nunquam ad impatientiam, vel ad aliquod malum agendum, commoventur. Diez Patientia.

Patientia est sicut pretiosissima gemma carbunculus. Qui de die splendorem suum abscondit, noctu vero mirè lucet. Patientia non apparet die prosperitatis, sed nocte tribulationis. Militis generosa virtus non in pace, sed bello conspicitur. Id. ser. 3. d. 4. Quadr.

Salamandra si casu in igne mergitur, omnis ignea vis tanquam aqua reprimitur, & extinguatur. Patientia reprimat flammivomum hominem a fervore vindictæ. B. Petr. Dam. l. 2. ep. 18.

Patienter sustinere gravia, & non perturbari ex eis, docet nos terra: quæ, secundum Isidorum, ideo vocatur *solium*, quia est elementum solidum, cujuslibet ponderosi corporis sustinens rotam molem: propter quod quavis gravia sustinuit mota, quousque stabilem tangant terram, manent profus iniqua. Sic fortis, & patiens solidum habet animum ad quilibet onerosa, & gravia, æquanimiter ferenda: nec perturbatur, vel inquietatur. Geminiiani c. 57.

Sol inter nubila. Lem. *premitur non opprimitur*. Piconelli.

§. II.

Patientie dignitas, honor eminentia.

Num. I.

De patientiam pro miraculis novis Dei Filium.

Ex Novo.

**M**agister, voluimus a te signum videre. Matth. 13. 38. Non dabitur nisi signum, Jonæ ib. Cur non potius in excellentie sue manifestationem, dat ejus potentie signa; miracula scilicet, vel futurorum predictionem, ut pote magnam divinitatis notam? sed multo efficacior vis sanguinis, ac Passionis Christi ad humanam corda emoliantur, ac agnoscendam fortitudinem divinitatis. Sylveira hic q. 7. Qui in hominis figura proposuerat latere, nihil de impatientia hominis imitatus est. Hinc vel maxime Pharisæi Dominum agnoscere debuissent: patientiam hujusmodi nemo hominum perpetraret. Tertull. l. de patientia.

Hic est Filius meus dilectus. Matth. 27. 5. Cur pater specialiter hic Filium suum declarat? cur non in præsepio, vel circumfione, vel fuga in Ægyptum, vel in Passione & cruce? quia ipsa patientiæ celsitudo vox erat testis ejus divinitatis. Id. hic q. 25.

Multa enim passa sum hodie. Matth. 27. 19. Cur diabolus, qui paulo ante misit in cor Judæ, ut traderet Jesum, nunc mittit in cor mulieris, ut redimat eum? Dicendum, quod demon frequenter vacillavit in notitia Christi: nunc assimans, eum esse Christum, propter divinitatis insignia; nunc arbitrans oppositum, propter humanitatis infirmitatem, quod non esse Christum: verum in ipsa nocte, & deinceps, incredibilem magnitudinem, patientiam, atque constantiam Christi conspiciens: cepit valde conicere, quod ipse esset verus Messias. Dion. Carthus. hic.

Nihil tibi, & isto illi, ib. Ad quod certis coniciens, quod Jesus esset Messias: quia videbat ineffabilem mansuetudinem, patientiam, atque constantiam Christi in omni sui injuratione, ac passione. Id. in Luc. 22. cap. 22.

Alas talis fuit. *descendat de cruce*. Matth. 27. 43. O superbi Judæi! non attendentes, quoniam majoris virtutis est, patienter in tormentis ulque in finem perseverare, quam de cruce descendere, & ab infirmitate carnis miserabiliter superari. Si enim nullus salvabitur, nisi qui perseveraverit usque in finem, quomodo Christus Jesus nomine, & re, Salvator diceretur, si in cruce patienter uf-

que in finem non perseverasset? S. Bonaventura l. 1. d. infra oct. Nat. D.

Verè Filius Dei erat iste. Matth. 27. 54. Quærit S. Valschius: qui post cætera colorum signa, & terræ, moxque potuerit Centurionem; ut Dei Filium crederet eum, quem in cruce mortuum videbat? Respondet: quod Centurio, postquam Christo audiret dicentem, *descendat nunc de cruce*, & *credimus ei*. Matth. 27. 42. & perseveranter ligno, cui semel fuit fixus, hæc viderat; talia apud se cogitavit: qui tam lubens in tormentis agit, mortem tam lætus excipit: qui tam lubens in tormentis agit, in vultu ejus tanta erat alacritas, tantaque claritas, ut possent omnes intelligere; quia sua sponte moriebatur. Did. Nyfl. d. 1. Quadr. §. 4.

Tu es Christus. Marci 8. 29. Post hanc confessionem Christus cepit eos docere, quoniam oportet Filium hominis pati multa. Victor Antioch. postquam divinitatis suæ sensum illis impressit, doctrinam de cruce, & passione mox subjunxit. Ut scilicet facilius ejus divinitas crederetur: nec abique cruce volebat Deus prædicari. Castillo Illar. 243.

Beatus venter, quæ te portavit. Luc. 11. 27. Magnus hic Dominus miraculum edidit in demonio sanando v. 14. & tunc mulier tacet. Ad eum Pharisæi blasphemant: in *beelzebub*. Matth. v. 15. & Dominus manifestè responderet: *omne regnum*. &c. tunc mulier exclamavit: *beatus venter!* Cur modo, & non antea? viderat miracula, modo patientiam. Et inter injurias patientia major divinitatis Christi index, quam potestas. Sylveira hic q. 11.

Memento mei. Luc. 23. 42. Hæc est fidei plena devotio: ut cum de vulneribus Domini profuens sanguis cernitur: tunc de potestate ejus venia postuletur: cum videtur ejus humilitas; tunc magis timeatur ejus divinitas: cum morti additus putatur: tunc regis illi honorificentia deferatur. S. Maximus hom. 1. de S. Latorne.

Cognovimus eum. Luc. 24. 31. in *fractura panis*. Drogo Off. l. 1. de Pass. panis caro tua est: fragili manibus corpus tuum: quia potestatem habebas ponendi animam tuam: fragili corpus tuum, quod foris apparebat: & ostendisti medullam: quæ intus latebat: nisi enim patiaris, non cognoscitur. Sylveira in Luc. 11. Matth. 12. c. 24.

Rabbi, tu es Filius Dei, tu es rex Israel. Joan. 1. 49. Unde Nathanaeli tanta cognitio? Inspexerat Christum secreta scire, & penetrare, nocereque, quæ dixerat contra eum, & suam patriam, à Nazareth posse aliquid boni esse? v. 46. quibus dictis Dominus se minime offendit iratum: sed cum benignè excipit, laudat. Videns Nathanael tam patientem; eum non plebeum, sed regem; non purum hominem, sed Dei Filium credit, & fatetur. Sylveira hic q. 15.

Ut clarificetur Filius Dei. Joan. 11. 4. S. Cyrill. Jerosol. Catech. 11. non quod prius non habet gloriam (glorificatus enim erat ante mundi constitutionem) sed glorificabatur tanquam Deus semper) nunc vero glorificatus est patientia ferens coronam. Apud Bæza t. 1. l. 4. c. 3. §. 38.

Ex Patribus.

Quamquam omnis Christi actio, ac miraculorum editio præclara, & divina, ac mirabilis est; nihil tamen est ex omnibus, quod tantam admirationem excipit, atque extimia ipsius Crux, S. Joan. Damasc. l. 4. Orthod. fd. c. 12.

Crux omnium miraculorum nobis factorum coronis. Quid hoc admirabilis; cernere Deum in cruce pendentem, & quidem inter latrones. Andreas Crêt. or. in exal. S. Cruc.

Num. II.

Patientia etiam hominum pro miraculis.

Tu servasti bonum vinum usque adhuc. Joan. 2. 10. Vinum ex aqua, est latitia ex perpeffione malorum. S. Bernardus ser. 16. ex variis: sic & Apostoli planè vinum aqua factum gustaverunt, quando *ihane gaudentes à conspectu consilio*, quando *digni habitus sunt pro nomine Jesu contumeliam pati*. Quomodo non vinum ex aqua? gaudium ex contumelia? tristitia vestra vertetur in gaudium. Pinna in Ethol. 258.

Video Filium hominis stantem. Act. 7. 55. Stantem Christum videt, licet jam ad dexteram Patris sederet. Sicut cum publicis spectaculis ades, proximique fenestras sedes, unde omnia, quæ in foro aguntur, facile videas; si forte aliquod accidit mirabile spectaculum; furgis, & stans illud intrueris, licet posses sedens intrari: sed rei novitas te compellit stare, ut attentius consideres. Ita &c. Oforius in die Sancti Steph.

Spectaculum facti sumus. 1. Cor. 4. 9. & velut rationem habens ait: *ulque in hanc horam* & *clarissimi*, & *stimuli*, *persecutionem patientes*, & *injustum*, *blasphematum*, & *obsecramus*. v. 11. 12. 13. Cur potius hic, quam alibi, se dicit spectaculum factum? Palatii ad cap. 5. Matth. spectant Angeli, super Mundus, attoniti redduntur homines cum vident Christianum redentem, non malum pro malo, sed bonum pro malo. Ita Apollolus: *spectaculum facti sumus*

sumus. Meritissime hæc Paulus: quia super omnem naturam est, quod maledicti, afflicti; & blasphemis proficisci, obsecremus. Sylveira in Matth. 1. q. 8.

Signa Apollolus mei facta sunt super vos in omni patientia, in signis, & prodigiis. 2. Cor. 12. 12. Theodoretus: *re: & signis tolerantiam proposuit*. Quia omni patientia ornari, ut & inimicorum probra tolerentur, miraculum augustissimum est, communia miracula superans. Elocobar t. 8. Coll. Chr. l. 7. obf. 1.

Hæc virtus omnibus populis, & provinciis, & ipsis tormentibus, miraculum maximum præbuit, cum patientia, crudelitas vinceretur. Lactantius l. 6. div. instit. qui est de vero cultu.

Sine ferro, & flamma, Martyres esse possumus; si patientiam veraciter in mente servamus: nam signis, & miraculis majorem esse patientiam, non dubitemus. S. Laur. Just. de virt. pat. c. 2.

Num. III.

Continuatio de Patientia laudæ, dignitate.

Ex Veteri, & Novo.

Nunquid times argui te, & non propter malitiam tuam plurimum? Job 23. 4. 5. Sedenti in sterquilino, & de incurfus omnibus triumphanti, familiares talia id dicebant. S. Antiochus hom. 37. hæc quidem commentis adornato mendacio iusto illi contum eliosus exprobrant; non quod illum odissent, sed ut asperitate verborum humiliarent. Did. Nyfl. f. 6. d. 3. Quadr. §. 3.

Byssus, & purpura, indumentum ejus. Prov. 31. 22. Byssus est candor, conscientia, & innocencia vitæ; purpura patientia, & penitentia, sunt indumentum Ecclesie; quia & hæc eadem fuerunt indumenta sponsi sui. Cant. 5. 10. *Dilectus meus candidus, & rubicundus*. Hugo Cardinale hic.

Fecit ascensum purpureum. Cant. 3. 10. Merito patientia comparatur purpure, quia reges induuntur: quia patientia opus perfectum habet, animum præbet regnum, siveque ipsius, & omnium dominum facit. De Pome hic Exh. 29. §. 4.

Ut portaretur ab Angelis. Luc. 16. 22. Non iussit ad portandum pauperem unus Angelus; sed propterea plures veniunt, ut chlorum latitæ iactent. Gaudet unquam Angelorum tantum onus tangere. S. Chrylost. hom. de Lazaro. Ut nos facias reverenter adimus reliquias; se illi magna cum veneratione ulcerorum corpus attingebant, quanti asserant corpus, quod pro gloria Dei multa tulerat. Addit Chrylost. fed in sinu Abræhe portatus est, ut illum tangeret. Did. Nyfl. f. 6. d. 4. Quadr. §. 2.

Ex Patribus, & aliis.

Si injuriam deposueris penes eum, ultor est; si damnum, relictus est; si dolorem, medicus est; si mortem, refuscitatus est. Quamquam patientia licet, ut Deum habeat debitorem! Non immerito; omnia enim placita ejus tuetur; omnibus mandatis ejus intervenit. Eadem munit, pacem gubernat, dilectionem adjuvat, humilitatem instruit, penitentiam expectat, carnem regit, spiritum servat, linguam frangat, martyria consummat, pauperem consolatur, divitem temperat, fidelem delectat, Gentilem invitavit, seeminam exornat, virtum approbat; amat in puero, laudatur in juvene, suspicitur in senes; in omni ætate, in omni ætate, formosa est &c. Tertull. l. de patientia capite 25.

Præ virtutibus omnibus est opposita vitis, & affectibus Lactantius l. 6. instit. div.

Sicut peccati causa vinciri opprobrium est; ita & contra pro Christo custodia vincula sustinere, maxima gloria est. S. Ambros. in ep. ad Philem c. 1.

Multiplicati sunt super capillos capitis mei, qui oderunt me gratis. Pl. 68. 5. Quomodo fiet, ut oderit te Mundus gratis, si nihil cuiquam noceras, & sic odio habeatis? hoc est enim gratis, sine causa. Non persecutionem pati, non teneri, non flagellari, non includi, non proficisci, non occidi, laus est; & sed habendo causa bona ista pati, hæc laus est. Laus enim est in causa bonitatis; non in peene acerbitate &c. S. Augul. in Pl. 68. 7.

Fundendo languinem, & patienti magis, quam faciendo contumelias, Christi fundata est Ecclesia. S. Hieron. ep. 62. adv. Joan. Jerosol. ad Theophilum.

Nihil hæc lingua sanctius est, quæ in adversis Deo gratias agit. Certè non inferior est lingua Martyrum; utraque pariter cordeatur; nam & adversus istam instat licitor, Deum per contumeliam negare cogens; instat diabolus arguens cogitationum quætionibus lacertans; & animi angustias obtenebrans. S. Chrylost. hom. 8. in ep. ad Coloss. c. 3.

Nihil melius, quam male propter Christum affici. S. Chrylost. in ep. ad Ephes.

Gratia verè maxima, dignum censeri, propter Christum R. P. Spanner Poly. Tom. II.

aliquid pati: & corona verè perfecta? & merces futura tributione non minor. S. Chrylost. hom. super orat. Annæ.

Magna dignitas, & multa, regno, consulti, universique, major; pro Christo ligari. Nihil enim tam clarum est, quam pro Christo vincum esse &c. Idem hom. 5. de patientia in illud Ephes. 4. obsecro vos ego vincum in Domino; ubi suffus de vinculis S. Pauli dicitur.

Noti, nihil esse, quod patientiam adæquare possit; verum ipsam potissimum virtutum reginam esse, rerum præclarè getarum fundamentum, portum tranquillum, in bello pacem, in tempestate tranquillitatem, in insidiis securitatem; quæ eum, qui ipsam sit consecutus, adamante firmiterem reddit: hancque naturam habet, ut eum nec arma mota, nec instructi exercitus, nec adhibita tormenta, nec arcus, nec lanceæ emissa, nec ipsam dæmonum agmen, detrimento ullo afficere possit. Id. ep. 7. Olympiadi Diomissæ.

Patens cunctis virtutibus exornatur. S. Ephrem de patientia.

Num. IV.

Patientia facit Martyrem.

Hoc non minus fuerit Martyrio, nihil deprecari pati propter multorum salutem. S. Chrylost. hom. 20. in Acta.

Sine ferro, aut flammis, Martyres esse possumus; si patientiam in animo veraciter conservamus. Idiota lib. 2. Contempl. c. 1.

Num. V.

Patientia grata Deo, Christo.

Chm vidisset Jesu iacentem. Joan. 5. 6. Primus, in quem Dominus oculos misericordie coniecit, fuit hic tot annis infirmus. O beata patientia! tu enim es causa, ut in locum, ubi tu es, oculi dirigantur. O quantum valet patientia erga Deum! Diez f. 6. d. 1. Quadr.

Plus aliquando valet pia flagellatorum Dei sui ejus manu tolerantia, sine murmure sine reprehensione divinatorum judiciorum, sine rancore, vel odio, contra superiores suos, vel alios assilientes se iuste: quam si manens iracundus, & impatiens, nedum flagellaret se ipsum ad sanguinem; sed li. eraret, & diceret membra vitam mortem. Gerson. tr. contra factam flagellantium.

Gravior illi est humilis internarum derelictionum tolerantia, quam ingens devotiois dulcedo. Blos. par. an. c. 7.

§. III.

Patientia Passio Christi, motivum.

Ex Veteri.

Pinas, & tribulus seminabit tibi. Gen. 3. 18. Ne tamen laudant graviter, suo Christus D. capite ipinas gestat. Tertull. de corona c. 14. abulit virtus crucis omnes aculos mortis, in Dominici capitis tolerantia obrundens; Vellelos in Judith. 5. Parat. 30.

Manipulos vos ligare manipulos in agro. Gen. 37. 2. Manipulus Joseph est collectio contumeliarum, & passionum Christi; quæ Amos 9. 6. *fasciculum* vocatur: quia *adfixus in cælo ascensionis suam*, & *fasciculum suum super terram fundavit*. Nam Christus per fasciculum passionum fecit sibi gradus ad cæclum. Geminiiani l. 7. c. 22.

Sephora circumcidit præputium filii sui. Ex. 4. 25. Cur ad introducendam tam duram legem primus Moylis filius eam subire debuit? Tertull. lib. adv. Judæos c. 2. idcirco filium Moylis futuri Ducis infligat Angelus circumcidi: ut, cum cepisset per eum populo dare præceptum circumcissionis, non aspernaretur populus, videns exemplum istud in filio jam Ducis celebratum. Caro, & sanguis, omnem refugit passionem; verum ut facile reddatur pati, hæc excusare se quiquam possit; Filium suum Unigenitum Patrem æternum in cruce suspendi: ut, dum creatura suum Creatorem, & reus infontem, tam indignè tolerare cernit, non recuset cum eo, & pro eo, pati. Did. Nyfl. ser. 6. d. 4. Quadr. §. 5.

Fecit Moyses serpentem amicum. Num. 21. 9. Serpens hic figura Crucifixi. Cruciatur homines variis morbis; hic inopia, ille opprobriis, injuriis &c. Ut omnes dolore sopito sonantur, majus oculis Deus Filii crucifixi objecti tormentum; ut ejus pauperatem, dolores, injurias; videns quicquæ sua ferat. Naxera in Jos. 10. §. 18.

Omnesque flebant voce magna. 2. Reg. 15. 23. Fugebat David Absolonem, fugientem conitari flebant voce magna. Quid bas illis expellit lacrymas? Respondet Abulen. totus populus flebat, sicut videbat fere David: q. d. purabant, se subditorum munus non recte excepi, nisi lacrymanti regi collachrymarentur. Did. Nyfl. ser. 6. Dom. 5. Quadragesima §. 5.

Pelle pro pelle. Job 2. 4. id est, patientiam, & imitationem mansuetudinis Agni incontaminati Jesu Christi, rependit. M 3 dete

dere debemus. Eius enim Sacerdotis, qui offert victimam, est hostia pellis jure perpetua. Levit. 7. 8. Petrus Cell. l. 8. panib. cap. 1.

Juda rex mortis. *Moab ella spei mea.* Pl. 59. 9. 10. Quare colla? quia tribulatio. Quare spei mea? quia praecessit. *Juda rex mortis:* quia enim praebit te, debes sequi. Quid times? quia praecessit? per tribulationes, per angustias, per opprobria sepe erat via; sed antequam transiret: postquam transivit, sequere: jam patet via illius. *Singularis ego sum,* inquit; sed quousque transiam, Pl. 140. 10. Singulare granum; sed quo ad usque transeat: cum tranfierit, sequetur fructificatio. S. August. hic. Dominus voluntate passus est, nos necessitate: ille miseratione; nos conditione. Proinde illius voluntaria passio, nostra est necessaria consolatio: ut, quando talia forte perpetuamur, intueamur caput nostrum; ut ejus exemplo commoventi dicamus nobis: si ille, qui nos? & quemadmodum ille, ita & nos. Idem conc. 2. de 2. parte Pl. 34.

Quid retribuam Domino? Pl. 115. 12. Calicem &c. Calicem tribulationis, & penitentiae: quem Saluator meus pro me bibit. Hugo Card. hic.

Post te curremus. Cant. 1. 3. Quid curres? quocumque: sed post illum; si enim illum video, nihil arduum illi videbitur. Jer. 17. 16. *Quis ego non sum turbatus, te pastorem sequens.* Etsi sequi Christum facile non fit; cum ad alas, flagella, & spinas, crucem, ab eo trahimur: tamen post eum ad talia pervenire durum non est. Olivat. 2. Strom. 5. Stantes ante thronum. Apoc. 7. 9.

Egredimini & videte regem. Cant. 3. 11. Richardus a S. Victore hic c. 13. d. filia Sion, cum adversa patimini, egredimini ab impetitione vestra, & impatientia; ut leviter feratis illata vobis mala. Videte Regem vestrum pro vobis passum, & per Passionem gloria, & honore coronatum. Letitiam Regis vestri considerate; hoc exemplum vobis proponite. Cornelius hic.

Velabant faciem suam. Il. 6. 2. S. Hieronymus illud de Cherubinis faciem velantibus ante Deum, quod Joan. 12. de Christo intelligit. Vel ergo, ait Hieron. velabant Dei faciem, vel suam; quia utramque litera sonare potest. Si Dei facies velata intelligitur; significat, quia absconditus est vultus ejus in Passione: si Cherubinum facies velata accipitur, significat justorum confusionem, ac verecundiam: qui vident se nihil agere, cum Christus pro eis mortuus sit. Olorius D. Quinquag.

Ex Novo.

Ni ergo simularis eos. Matth. 10. 26. Propter injurias, & contumelias, quas possunt vobis infligere; sed potius exultate in omni adversitate, quam ab eis patimini: considerantes, quod passus sum ego; & gloriantes in hoc, quod Domino vestro, ac Magistro, conformari meruistis: cum hoc sit beneficium ingens. Quid enim tam gloriosum est servo, quam ut domino suo assimilaretur? Saepè contingit: ut aliquis injuriam passus doleat, & ulcisci se cupiat: cum vero conspexerit alium multo subtiliorem eadem, vel graviora perpeccum; & tamen servare patientiam: incipit consolari, & ab ira cessare, dicens in se: si ille tantum tanta patitur, quanto magis ego? Ita & nos, si Christi Patientem, patientiamque, pensamus, patientiam discimus, & cum Apostolo in tribulationibus jucundamur. Dion. Carth. hic.

Calicem bibere calicem, quem ego bibiturus sum? Matth. 20. 22. Signanter addit quem ego bibo: se enim in ducem addito voluit Christus Discipulos urgere ad patientiam. S. Chrysof. hom. 66. in Matth. perspicere, qualiter ipso interrogationis modo, & hortatur, & allicit. Velloso in Judith 5. Parani 40. *Quem ego bibo:* ut communicatione laborum cum ipso proximiores redderentur. S. Chrysof. ib.

Andreas introivit ad Pilatum. Marc. 15. 43. Christo D. crucifixo; aut discipulus Jesu occidit propter merum Judaeorum. Joan. 19. 38. Lyranus: exemplo Christi animatus, ostendit se publice discipulum esse. S. Gregor. Naz. or. 25. dolere, & decorum est, quicquid injuriam inferat Arrianus; si confectur cum iis, qui passus Christus D.

Erat quidem mendicium nomine Lazarus. Luc. 16. 20. Multa sunt, ex quibus gravitatem dolorum hujus mendicabuli aestimare possimus. Vel unum illud ejus ulcera vehementer exasperavit, quod non poterat alterum videre Lazarum, inquit S. Chrysof. hom. 1. de Lazarus. Nam malorum nostrorum reperire confortes, sive in factis, sive in dictis, multum adfert solari lugentibus. Ille vero nullum alium habebat, ad quem respiceret eadem passum; immo ne audire quidem poterat, qui majore ipsius aetate tam acerba sustinisset. Quamquam igitur adferre solati, & levaminis, debet omnibus afflictis ob oculos positum exemplum Christi patientis! Did. Nyss. D. infra oct. Ascens. §. 2.

Ex Patribus, & aliis.

Quid homo pro se pati debet, si tanta Deus pro hominibus pertulit? S. Gregor. hom. 2. in Evang.

Christi passiones imitande; non a Christianis deliciae conquirenda. Venit ille pati, venit ille mori, velit ligno crucifigi. Omnia haec ille propter te: tu nihil pro illo? quia Christianus es, aliquid plus passurus es in hoc saeculo. S. August. l. de pastorib. apud Bernardum in Gen. 4. lect. 22.

Si Passio Redemptoris ad mentem reducat, nihil tam durum, quod non aequo animo toleretur. S. Isidorus l. de cons. vit. & virt.

Fel gustula propter gustum; aetere utere, spura flagita; alas, & colaphos, accipe; spinea corona, hoc est, pax vitae asperitate cingere; coecium indue, arundinem accipe, simul in cruceum suffigere, simul morere. S. Greg. Naz. or. 38. in Chr. Naz.

Omnibus hois, atque agitationibus, nosmetipsos Deo immolemus; omnia pro Christi nomine excipiamus; passionibus passionem imitemur, sanguine sanguinem onemus, crucem alacres contemdamus. Dulces sunt clavi, tamen gravem doloris sensum afferant. Praestat cum Christo, & pro Christo pati; quam delicias, voluptatibusque, cum aliis indulgere. Id. or. 42. in Pasch. 2.

Cum Deus esset, ab hominibus haec patiens sustinebat; ut homines ab hominibus postea ista patientes, pro ipso ejulandi perferre nos non puderet. S. Cyrill. Jerom. Catech. 13.

Vult benignus Dux devoti militis vultum, & oculos, in sua sustulit vulnera: ut illius ex hoc animum erigat, & exemplo sui reddat ad tolerandum fortiozem. S. Bernardus l. 64. in Cant.

Non decet membrum delicatum esse sub capite crucifixo: nec ad capitis corpus se iudicat pertinere membrum, quod capiti compassum non fuit. Id. tr. de Pass. D. c. 3.

S. IV.

Exempla Sanctorum.

Num. I.

Job.

Si filios quosque restitui voluerit, pater iterum vocatur, sed maluit in illo die reddi sibi tantum gaudii. Securitate de Domino, distulit; sustulit tam voluntariam orbitatem, ne sine aliqua patientia viveret. Adeo satis idoneus patientiae sequebatur Deus. Tertull. l. de patientia, & de Job loquens cap. 14.

Acceptit testam, ut raderet faciem. Die d. beate Job l. ob quam rem hoc factis merito, inquit, exaggero, atque commoveo; ipsos dolores: ut per cuncta ostendam nequissimo diabolo; quia ejus malitiam irideo; quia iniquitatem ejus contemno, quia omnes ejus plagas, atque vulnera, ad nihil reputo. Ob hoc rait Job sua vulnere testa; ut nobis patientiae, atque tolerantiae norma daret. Origenes lib. 2. in Job.

Quemadmodum, si teneat in manu sua quis adamantem, & alius dicat ad eum, da mihi hunc adamantem in potestatem: & ego illum comminam in ignem; conteramque istibus: ille vero, qui cum in manu habet, confidens verè, quia adamant est, dicat: tolle, proba; experire; quia nequaquam hinc adamantis pravalebis: sic ergo & omnia cognitor, atque praesens Deus, velut inviolabilem habens adamantem Job, querebat diabolo, dedit ei in potestatem; confidens vero, quia verus adamant est Job. Orig. l. 2. in Job apud Arceonem in Il. 3. Disc. 2.

Unum Job miratum ascenderam; omnes Job, quos mirarer, inveni. In singulis vobis Job revixit, in singulis sancti illius patientia, & virtus, resulit. S. Ambros. ep. 33. ad Martellianum fororem, referens sermonem habitum ad populum de Basilide tradendis.

B. Job ille pugil pietatis, athleta orbis; sicut adamant quidam omnes impetus terre potuit. S. Chrysof. hom. 23. in Gen.

Quotquot habuit Mundi tyrannus jacula; movit per ignem per omnes, per ruinas, percipitavit; per sanguinem haec omnia tetendit, & virilem magis bellatorem effecit. S. Chrysof. hom. 1. de patientia Job.

Num. II.

Exempla aliorum.

Joseph patientis invenitur, cum è pascuo a fratribus rapitur; patiens cum in puteum demittitur; patiens in carcere, in regno patientior; patientissimus, desideratos cum fratres agnosceret. S. Zeno Ver. f. de patientia.

Vincula, & tribulationes, servosolum me manent. Act. 20. 23. Peculiariter facit mentionem de his, qui passurus erat Ierosolymis, quam Romae, & aliis locis; quia ibi Christus passus est; ibi Stephanus; ibi prima persecutio: & cum his pati valde gloriosum, & magnum solamen erat. Sylveira hic.

Rogo vos, ut non frustra sit in me dilectio vestra. Sinite me, ut bestiarum esca sim, per quam possim Deum promovere: S. I.

ri: triticum enim Dei sum; dentibus bestiarum molar, ut postquam Dei mundus inveniri. Sanct. Ignat. M. ep. 12. ad Rom.

Possedit patientiam durissimi adamantis instar. S. Ephrem in vitam B. Abrami Syri Erenitae.

Patienter ab uno ferendum est, quod multis accidit tolerabile. S. Isid. l. 1. folioqu.

S. V.

Patientia beata, pacifica, quieta.

SI jure beatus erudiri, qui ubique invenit, quod amat; jultè beatus patientiae aser, hoc est, beatus nominatur, cui undique obviat, quod desiderat. Rich. a S. Vict. l. qui dicitur Benjamin minor c. 26.

Habet in se remunerationem suam, qui requiritur Jesum, & in suo affectu praemium, etiam dura sustineat. Beatus est suis moribus, beatus ipsis periculis. S. Ambros. l. 1. de Jacob cap. 7.

Hoc jultum est, ut qui de pristina felicitate paradisi, propter contumaciam deliciarum appetentiam, dimissi sumus, per humilem molestarum patientiam recipiamur. S. August. l. de patient. c. 14.

Quemadmodum in abyssum maris scintilla delata huic quidem nihil obest, ipsa exinguitur: sic in animum tolerantem quicquid incidere, maximum etiam rerum, potest, facile quidem absuntur ipsum; ille conturbabitur proflus nihil. S. Chrysof. hom. 33. in 1. Cor. 13.

Gratia verè maxima, dignum cenferi; propter Christum aliquid pati & corona verè perfecta, & merces futura retributione non minor. S. Chrysof. hom. de orat. Annæ.

Ad pacem per patientiam pervenitur: tantoque magis pace fruatur homo, quanto erit patientior. Finis patientiae pax est. S. Laur. Just. de virt. pat. c. 1.

Beatus, qui non pervenit ad gratiam per labores, sed ad labores ipsius gratia dignatione descendit. S. Chrysof. l. 88.

Etsi beata diversis via virtutibus quaeritur, cujus cupidine flagrans humanitas per momenta suspirat; tamen omnes uno, eodemque consensu quasi quendam patientiae deseruntur in portum. S. Zeno Ver. f. de patientia.

Felix, aeternumque felix esto, qui semper te habuerit in se. Id. ib.

Feliciter sunt miseri, quos constat, non meruisse, quae perferunt. Hildebertus ep. 39.

Nequaquam dolenda est haec afflictio infirmitatum, quam intelligimus esse matrem virtutum. Itaque, quicquid illud fuerit, quicquid religiosi sunt, beati elidendi sunt: quia inter quilibet dura nulli beatiores sunt, quod volunt. Salvian. l. 2. de gubernat. Dei.

Ponat unusquisque se ad patientiam, si vult habere cordis tranquillitatem. Thom. Kemp. p. 2. f. ad Novit. l. 1.

S. VI.

Patientia laeta.

Num. I.

Figura, & Symbola.

Acceptit eam matrem. Gen. 24. 67. Honorabile conjugium inter Isaac, & Rebecam. Isaac Hebr. risus est. Rebecca, patientia. S. Clem. Alex. l. 1. paedag. c. 5. risus a tolerantia adjuvatur. Ut risum a viro mulier eliciat, patienter agat: risum patientia impetrabit; Velloso in Judith 7. Parani 25. Rabbanus, Isaac, & Rebecca, conjunguntur; id est, risus, & patientia permiscetur. Apud Sylveira in Joan. 16. c. 18.

Locus est Deus ad Jacob: surge, & ascende Bethel. Gen. 35. 1. S. Ambros. ad Iraneum de aemulata, Aegypt. sequamur. S. Jacob vias; ut perveniamus ad eas passiones, ad patientiam (alludit ad Matrem Jacob Rebecam, quod ipse interpretatur, patientiam) matrem Fidelium; & ad patrem Isaac, id est, jucunditatis capacem, laetitia redundantem: ubi enim patientia, ibi laetitia, q. d. sicut conjunguntur Rebecca, & Isaac, sic copulantur patientia, & laetitia. Cornelius hic.

Parvus fons est. Eth. 10. 6. Hoc est ergo paradoxum Mardochai somnium: ex aquis soli, id est, ex tribulatione oritur gaudium, ex merore laetitia, & humilitatione gloria. Cornelius hic.

Ubi audivit buccinam, dicit vab! Job 39. 25. Vab est interjectio animi gesticionis. Guilielmus Paris. l. 1. de morib. tr. de spe: sicut gaudens equi, cum signum imminens conflictus audiunt; sic & Dei amici hujusmodi gaudio gaudent; cum bellum tribulationis confurgere cognoverint. Ecolbar t. 1. Mir. Chr. l. 1. obf. 1.

Tempus patientis adventit. Cant. 2. 12. Sep. tempus sessionis Alii ex Hebr. tempus consultationis adventit. De Pontice hic Ex. 19. S. 1. Princeps agricola Deus palmitem ferentem fructum purgat variis tribulationibus. Cum igitur tribularis, scito, quia tempus putationis adventit: quod potius tibi deberet et

R. P. Spanner Poly. Tom. II.

se tempus cantillationis, dum gloriaris tribulationibus, ut amplius proficias in virtutibus. Id. ib. §. 4. Qui putat vitem; licet specietem videntur malum moliri contra vineta; bono ipsorum in primis consulit: nam, si luxuriari sinatur, sylvescit vitis. S. Clem. Alex. l. 6. Strom. Apoc. 14. 19. *Missi saltem suam acutam in terram; & vindemiarunt vineam terra.* Pinna in Eccl. Ethol. 139.

Ponam eam desertam; non potabitur, & non sibiatur; & ascendent vepres, & spinae. Il. 5. 6. S. Basilus M. quemadmodum qui vineam potant, obstringunt ejus vitas, & externè continent; ut majori cum temperamento procedat ad perferendos utiles fructus: ad eumdem modum contingit animae, assiduitate tribulationum inexcitate: quemadmodum in se contrahitur, seque humiliter demittit; atque ad sui diligentem custodiam retrahitur. E contrario anima, quae indulget, ac remissa, vivere sinatur, perinde, atque vinea quadam neglecta, luxuriat, & sylvescit. Ramirez in ep. 3. 16.

Nabuchodonosor constituit annum per singulos dies de bibis suis, & de vino, unde bibebat ipse. Dan. 1. 9. Vinum Christi myrrhatum. Potestis bibere calicem, quem ego. Matth. 20. 22. Jonghen parte 1. pro facta vestitione. Exh. 3.

Elca autem ejus erat locusta, & mel sylvestre. Matth. 3. 4. Galfridus in Matth. 21. gloriam in tribulationibus; Rom. 5. 3. Hac consolatio per mel sylvestre merito designatur: quia nihil magis sylvestre, & a civibus hujus saeculi extraneum; quam aestimare gaudium, quod ingeritur ad tormentum. Et forsitan haec est pax, quam Mundus non potest ingruentis tribulationis angustias sustinere. Sylveira addition. Matth. 3.

Non enim erat tempus securum. Marc. 11. 13. Orig. tr. 16. in Matth. cum praesentia provocant eum ad trititionem, vel ad pusillanimitatem; provocat autem in illo non proficit, ut etiam in tempore trititionum gaudeat, & in tempore opprobrii, vel castigationis gloriatur; & in tempore periculi memor sit ejus; quod dictum est: *gaudeo tempore.* Philipp. 4. 4. Beatus est hujusmodi Christianus, fructum gaudii ferens, etiam non in tempore securum. Pinna in Eccl. 8. Eth. 29.

Syrenes ajunt saviente tempestate suavissime canere; contra sereno coelo, & tranquillo mari, tristis obmutescere. Tales, qui in adversis facti, in prosperis suspectam habent malitiam. Authore incerto.

Insignia Caroli Regis Neapolitani: crux supra petram in summitate ejus rosa. Lem. in patientia suavis. Masenius. Rosa illa aurea benedictus; & balsamo, ac mulo concipitur; & patitur. (Dominica Passions) Et tamen sacrificii principium occupant illa verba: *Latare Jerusalem!* gaude in tribulationibus. Nadasi Rosa 28.

Cithara. Lem. *Ex pulvis mular.* Calliodorus in Pl. 32. citharizamus cum in passionibus nostris, vel damnis, securi, aut laeti dicimus: *Dominus dedit, Dominus abstulit.* Pincinelli.

Corde musica. Lem. *Plus terra, plus musica.*

Num. II.

Patientia laeta exempla.

Ex Veteri, & Novo.

Caligaverunt. Gen. 27. 1. Nota longam patientiam Isaac: tulit enim coecitatem per 44. annos, scilicet ab anno aetatis 137. usque ad annum 180. quo mortuus est. Cornelius hic.

In tribulatione dilatasti mihi. Pl. 4. 2. Tribulatio angustias facit, gaudium dilatat corda. Sed qui gloriatur in tribulatione; huic tristitia vertitur in gaudium; & tribulatio ei non angustias, sed dilatationem, affert. Bellarminus hic.

Calicem salutaris accipiam. Plal. 115. 4. En veram gratiarum actionem. Si vis Deo referre gratias, calicem bibe Passions ejus. Quid est verò calicem Passions bibere? ita pati, acsi minime pateris; ita dolere sufferre, acsi epulis interesses. Tam forti, & laeto animo acrumne ferenda, acsi non doleres, sed biberes: non enim crux, sed calix, vocatur, à David. *Et nomen Domini invocabo.* Si vis passionem letus pati: si cupis inter dolores, tanquam inter calices exultare; invoca nomen Jesu. Quis enim Jesum meminisse potest pro se crucifixum, quin cruceum, velut calicem suavitissimum, amplectetur. Olivat. 2. Strom. 8. Calicem sal. lut. &c.

Quae est ista, quae ascendit de deserto delicias affertens, &c. Cant. 8. 5. In deserto esse, ubi nulli flores ad solatium; ubi desunt deliciae corporum; ubi nullus homo, quem alloquaris: non merore, non abjici; sed ascendere; coeli meminisse, cum nemo recordatur tui; Deo frui, cum nullo fueris; & quidem ascendere exultantem, bonae spei, & laetitia, plenum; verbo affluentem delicias: magnum profectò est praesertim, si omni carens solatio, & adjutore, uni sponso innitaris. Quid æquè mirandum, ac delicatum

M 4

rum affluentia in eremo, hoc est, inter dolores læticia. In cella vinaria, in domo cedrina, in argenteo ferculo; cùm a Deo fulciris opibus, & honoribus; Deo fidere, non mirum. Olyva t. 2. Strom, §. facta est multitudo militiæ coel. Luc. 2.

Tribulationem patimur; sed non angustiamur. 2. Cor. 4. 8. Immo verò non solum nullam angustiam tribulatio illa Sanctorum, sed latitudinem habet. Denique sic dicit iustus: in tribulatione dilatasti mihi. Pl. 4. 2. De his Deus: inhabitabo in illis, & ambulabo. 2. Cor. 6. 16. Origenes l. 2. in 6. 2. ep. ad Rom.

Ascendens in altum. Eph. 4. 8. In altum, id est, in cœlum; inquit Chrysostomus. B. Dorothæus doct. 22. ait: ascendens in crucem voluptate sua; & peccatum, nunc nostræ causam, cruci affigens captivam duxit captivitatem. Altum hoc Chrysostomo cœlum est, Dorothæo crux. Sed qui illud: cùm a cœlo crux non minus distet, quam terra? Sic forte loquatur, qui nescit, quid sit pro Deo pati: nam qui novit, quid sit bovi in cruce; illi crux par cœlo est. Exultabunt sancti in gloria, lætabuntur in cubilibus suis. Pl. 149. 5. Euthymius: exultabunt sancti in futura gloria. S. Hieron. exultabunt sancti in gloria, in cruce. Sed quid gloriæ cœlorum, & crucis? si exultabunt sancti in gloria cœlorum, quomodo in gloria crucis? Justo gloria, & crux, & gloria, idem sunt: tantam nempe ex passione caput voluptatem; ut perinde habeat, five in cœlum, five in crucem ire jubetur. Did. Nyll. D. 20. Pent. §. 3.

Illud sanè erat mirabile: quia quantum ille extrinsecus, multiplici penarum genere confictus ardebat; tantum intrinsecus exultante interiori homine dilatabatur. S. August. de Sanctis, de S. Vicentio M.

Non sic ad thalamum nupta properaret, ut ad supplicii locum læta successit gradu festino Virg. processit S. Ambros. l. 1. de Virginiis, de S. Agnetæ.

Num. III.

Textus Scripturæ.

Militia est vita hominis super terram; & sicut dies mercenarii dicit eius. Job. 7. 1. Scit miles optat bella ingruere, ut stipendia habeat: & sicut mercenarii timent, ne desit, qui eos conducit: ita & nobis timendus defectus tribulationum. S. Gregor. l. 8. mor. c. 7. mercenarius sollicitè curat inspicere; ne unquam dies vacuum labatur ab opere; & expectatus finis temporis, ne inanis veniat ad remunerationem: sic qui hinc cœlus præsentis tempora pensat, dies cum operibus numerat; ne à labore vacua transeat vite momenta, formidat. Pinna in Eccl. 4. Ethol. 53.

Expectatio iustorum læticia. Prov. 10. 28. Symmachus pro expectantia habet perseverantia in re molesta, seu patientia: putat patientis expectatio, qua spe præmii duramus in malis, & nos rebus melioribus servimus. Cornelius hic.

Canes ibi iuxta dies inventus sunt. Ol. 2. 15. Sept. & Syrus: humiliabatur ibi. Symmachus: affligetur ibi: nam Hæbræorum ana, & humiliari, & affligi, & canere significat. Cornelius hic.

Gaudete in illa die, & exultate; ecce enim merces vestra multa est in cœlo. Luc. 6. 23. Apostoli verò gloriam suam in ipsa passione collocatam habebant: quia crux præfens, & gloria futura, tantam habent similitudinem; ut quodammodo eadem videatur, præfens crucis & futura cœlorum gloria. Did. Nyll. D. 20. Pent. §. 3.

Tollat crucem suam quotidie. Luc. 9. 23. Non dicit, ferat, sed tollat. S. Basilus interrog. 6. ferre crucem, & ferre labores à Deo immittos, vel aq̄o, vel iniquo animo. Sed tollere est animo læto, & avido; non solum accipere, sed rapere crucem libenter. Stella hic.

Omne gaudium existimate. Jacobi 1. 2. Nonne gauderet lapis, si sensum haberet; quod scalpello poliar, hæque statura elegans regis? Tignum quod runcina levigetur, argue thronos principis? pannus quomodo lixivio perficietur, & emundetur? &c. ita gaudet iustus in tribulatione. Cornelius hic.

Num. IV.

Ex Patribus, & aliis.

Gaudium fit sibi in tribulationibus; nam coronæ ex variis texuntur floribus. S. Ephrem. Consil. de vita spir. ad Monachum Novit. c. 24.

Qui verè cupit esse homo Christi, æternisque se bonis perfruitur sperat; paupertatem divitias cum gaudio existimare debet; & afflictionem recreationem, asperitatem vicus delicias, improprium honorem, & contumeliam gloriam ducere: hæc enim vera servorum Dei gloria est. Id. de Fide.

Dies festus debet nobis esse, cùm patimur. Hugo Card. in Joan. 13.

Est patientia virtus moralis; per quam homo moderatur, ac tranat passionem tristitiæ; ne felicitet in advenis immoderatè tristetur; imò potius gaudeat in eisdem, propter multiplicem fructum inde provenientem, Dion. Carthus. in Luc. 21.

§. VII.

Patientia reddit omnia suavia; mutat fel in mel,

Ostendit si signum; quod cùm misisset in aquas, in dulcedinem versa sunt. Ex 15. 25. Si vobis fidem Gentilium scientibus amaritudo aliqua resistendum velut aquarum illarum, quas Israhel non potuit bibere, occurrerit; imitata Domini patientia, velut iniecto crucis ligno, dulcescavit. S. August. l. 50. hom. f. 20.

Ue iungeret nolo de petra, oleumque de saxo durissimo. Deut. 32. 13. S. Anton. Pad. D. 10. Trinit. petra est duritia advenitatis, vel tribulationis: mel de petra fugit qui adversitatis duritiam in suavitate mentis recipit.

Inundationem maris quasi lac fugent. Deuter. 33. 19. Quando est charitas patiens longanimis, bona; tunc inundationes maris quasi lac fugit: sicut Laurentius quasi floribus, sic carbonibus gaudebat. S. Bonaventura hexam. f. 18. Inundatio maris est abundantia tribulationis; quæ tunc fugitur, cùm dulcis à iustis reputatur. Stephanus in allegor. Godefridi apud Tielman, & addit: denique sicut lac nutrimentum est puerorum; sic tribulatio pabulum fit electorum.

Angelus Domini descendit. Dan. 3. 49. S. Chrysof. ep. 3. ad Cyriacum: vides, quomodo patientia Sanctorum ignem in rotem mutavit.

Ecce ego mitto vos sicut oves in medio luporum. Matth. 10. 16. Ovium patientia armanur Christi Fideles: nullo enim medicamine sopiuntur magis membra, ne percipiatur dolores, quam patientia. Ideo Terullianus, ubi reprobum Angelum invadentia dolore transillum notat, mox infert; doluerat, quia patienter utique non tulerat. Quasi dolor abesse soleat ab eo, in quo patientia sedem fixerit. Bæza t. 2. l. 12. c. 3.

Neque enim de spinis colliguntur ficus. Luc. 6. 44. At Christianam libet mirari agriculturam, quæ legit in rubis uvam, colligit ficus ex tribulis; nam injuria, vincula, tormenta, nec nobis parant immortales coronas. Olyva l. 13. Strom. hic.

Tu servasti bonum vinum usque adhuc. Joan. 2. 10. Vinum ex aqua, est læticia ex perfectione malorum. S. Bernardus f. 16. ex variis. Sic & Apostoli plantæ vinum aqua lætium gustaverunt, quando ibant gaudere de conspectu concitii, quando aique habebat sunt pro nomine Jesu contumeliam pati. Act. 5. 41. Quomodo non vinum ex aqua, gaudium ex contumelia? tristitia vestra convertetur in gaudium. Pinna Eth. 258.

Ex Patribus, & aliis.

Quomodo potest quis gaudere, ubi vincula, ubi tormenta, ubi tribunalia? maxime in hoc gauderi potest. Quomodo autem? dicit: nihil ipsi conficius est, plurimum lætatur. Ita ut, quò majorem dixeris tribulationem, hominorem dicas voluptatem. S. Chrysof. hom. 15. in act.

Sicut nihil est tam leve, quod ei grave non sit, qui invitus facit; sic nihil est tam grave, quod non ei, qui id libenter exequitur, leve esse videatur. Salyanus de provid. Dei l. 1. r.

Abi, & quam fieri potest, ex omni mortali genere quære natura; & ingenio, asperitatem vitæ & mortum tuorum, institutorem; & perseverando apud illum, quotidie subsannationes, & ludibria, velut lac, & mel bibes. Joan. Clim. scala parad. gr. 4.

Pater, quod homo patiens de felle favum mellis elicit; malum in bonum convertit; mare quasi lac fugit; merorem in felicitatis æternæ gaudium commutabit; ut postea jucunditatis redditio subsequatur. B. Humbertus de utilit. pat. c. 42.

Quoties verbum durum, aut factum læsivum patienter sustines; rotas rubeas rosas de spinis gignis; & producis. Thom. Kemp. f. 8. de aurea corona in capite S. Agnetis V. M.

Sicut apibus mel præbet thymus, acerrima, & aridissima herba; ita homines cordati à rebus adversissimis conveniens aliquid, & commodum decerpunt. Plutarchus de animi tranquillit.

§. VIII.

§. VIII.

Patientia est iustus quies, somnus,

Ex Veteri.

Plenaque Symbolicè.

Immisit Dominus Deus soporem in Adam. Gen. 2. 21. nē egrē ferret Adam, unam, sibi de costis eripi, licet in ejus utilitate fieret; ut hoc modo dolorem non sentiret. Potuisset quidem Deus ei etiam non sopito sine dolore eripere; sed docuit nos; quod, ut homines Mundum sine dolore relinquunt, sopiendi sunt: iis scilicet suadendum; ut divina meditentur: hoc enim cœlesti somno ab humanis rebus sine dolore, immò cum magna voluptate avellimur. Diez conc. 3. in festo S. Andree.

Adoravit Israel. Datum conversus ad lætus caput. Gen. 47. 31. Sept. adoravit Israel summam virgæ ejus. Quid virgæ cum lætuli capite? In capite lætuli cervical ad capitis requiem apponitur; virga labores, tribulationesque, in Scripturâ signatur: virga percuti iustos, idem est, ac beatè requiescere. S. Hieron. can. 11. in Matth. nunquam dulcissimi sancti requiescunt, quam cum laboribus fatigantur, Elcob. tr. 5. Proph. Chr. l. 8. lect. 2. obi. 3.

Exurge, quare dormis Domine? Psalm. 43. 23. Somnum patientiam vocat: quemadmodum enim, qui dormit, non sentit ea, quæ sunt; in idem incidit homo patiens, cum injuria afficitur, & convitibus læscitur. Exurgens actum motum in vindictam nominat, B. Theodoretus hic.

Fulcite me floribus, stipate me malis, quia amore langueo. Cant. 2. 5. Chald. & Hebr. fulcite me spinis plurimis. Non expecit avorum spondam, nec plumeum stragulum; sed pyras, & rogos, fridentium flammarum pro lætiferis; inter usulata ligna velut inter flores recumbit. Unde Symmachus legit: requiescere me spinis in flore. S. Chrysol. f. 13. de S. Laur. tunc oblata est horrenda & affanda martyrio nobilis illa Laurentii cruciata, atrisus est ferro; sed ille, & cruciatulum laudenti lætum quietis, putabat. Arcones in If. 2. 25. Dicit. 3. Fulcite. Symmach. recumbere me facite in flore. Ego dormio. Cant. 5. 2. q. d. sic æstimo Mundi fluctus, quasi nullius sensum habeam. Sed, ut bene notat Bernardus; ad hunc somnum prius præcellet spongi vox; bibite, & imbratissimi charissimi v. 1. quasi solus Jesu calix possit talem soporem causare. Bæza t. 2. l. 11. c. 5. §. 8.

Quasi de somno suscitatus sum. & vides, & somnus meus dulcis mihi. Jer. 31. 26. In captivitate calamitates patiens dulciter dormiebat. Sed quo medio? dixerat, juxta Hieronymum? inebriavi animam lassam. Id. ib.

Dormiebat sopore gravi. Jon. 1. 5. Rupertus de Jona: futurum erat, ut inter Judæas tempestates Dominus nosset, cùm esset formosus Deus, valde patienter se haberet: quod dormire quodammodo est. Apud eundem ib.

Ex Novis, & Patribus.

Beati miles. Matth. 5. 4. Mitras, est in læto conscientia; hominis culcitra molli; ubi mollior, & suaviter anima requiescit. Quæ etiam lapides contumeliarum, & dæractionum, & injuriarum quarumcumque inflictos sibi amplextur leviter, & sine sui læsione recipit; Hugo Card. hic.

Iste verò dormiebat. Matth. 8. 24. Felix, qui Mundo obdormiens, nihil Mundi curat casus. Dum furit tempestas, navimque videtur fluctus forbere; Dominus dormit: ut tibi noxam præbeat, qua portum felicitatis teneas; si dormias ad Mundi strepitum, & pericula. Bæza ib. Dormitio illa in navi aliquid ostendit igne virtutis: non solum in ipso, qui summa est virtus: sed in his quoque, quos suis actibus Salvator ad rectè vivendum informat; ut ad tantam perfectionem quis possit devenire, aut studeat devenire; ut eum quieto non inquietent, & pericula non pavefiant, neque revocent à quiete, aut tranquillitate Christiæ pacis. Inquietum erat mare; dormiebat Salvator; prietabant ex omni parte procellæ; & Dominus dormiebat: irruerant in naviculam venti; & Dominus dormiebat. Proinde si in pace ipsius obdormivisti, atque obdormies; omnino in perturbationibus requiesces. Nec tribulatio, nec angustia, nec algor, nec penuria, & si quod malum possibile devenit; non te dividit à quiete, quam es in Christo, & cum Christo, & pro Christo, & de Christo, fortis. Sim. Cast. l. 4. c. 9.

Dormite jam, & requiescite. Matth. 26. 45. q. d. nunc vobis necessarius somnus, quando omnes hostium furie consurgunt. Tunc ait: surgite, namus. Bæza ante citatus.

Nō statas illis hoc peccatum! cùm hoc dixisset, obdormivit in Domino. Act. 7. 59. S. August. f. 9. 2. de div. d. somnus patiens qui inter lapides inimicorum dormivit, quomodo in suis cerneribus vigilabit. Apud Bæza cit.

§. IX.

Patientia fortitudinis.

Num. I.

Divina.

Dominus patiens, & magnus fortitudine. Nahum 1. 3. Arabicus: fortitudo ejus maxima. S. Hieron. Deus magnanimitatis suæ fortitudine iniquitates eorum (Ninivitarum) sustinuit, provocans eos ad penitentiam. Deus idem est magnus fortitudine, quia est patiens. Pl. 7. 13. Deus iustus, fortis, & patiens. Cornelius hic.

Jesus autem abscondit se. Joan. 8. 59. Cur Christus abiit à lapidantibus, non inflata aliqua pœna? S. August. tr. 43. cùm Judæi lapides tollerent, quid magnum erat, ut eos continuo terra dehiscens absorberet? & pro lapidibus infernos reperiret? Non erat magnum Deo; sed magis erat commendanda patientia, quam exercenda potentia. Apud Sylveira hic q. 24.

Deus volens ostendere iram, & notam facere potentiam suam. Rom. 9. 22. quid fecit? an orbis magnam partem deiecit? &c. sustinuit in multis patientia vasa iræ, apta in interitum. Did. Nyll. Dom. 19. Pent. §. 3.

Vicit orbem terrarum, subjecit omnes potestates subjuga-vit reges; non superbo milite, sed irata cruce: non serviens ferro sed pendens in ligno. S. August. f. 63. de divers. Rationabilis patientia vincit inimicos Dominus nosset Jesus; qui utique in hunc Mundum, ut patiente vinceret, à Patre descenderat. S. Gaudentius tr. 11. de div. capitulis.

Fortis patientia nobis summe necessaria est in hac fragili vita; quæ non est, nisi quotidiana læcia contra vitia. Thom. Kemp. p. 1. l. ad Novit. f. 5.

Num. II.

Humana.

Misit ante eos virum. Psal. 104. 17. Merito dixit virum quia multa passus, viriliter cuncta sustinuit. Cassiodorus hic: Leo, fortissimus bestiarum, ad nullius pavoreis securum. Prov. 30. 30.

Erat quidam homo ibi. Joan. 5. 5. Arab. erat ibi vir: quia in tanta miseria virilem habebat animum. Sylveira hic. Omnis injuria, sine lingua, seu manu inconculsa; cùm patientiam offenderit; eodem exitu dispungetur, quo telum aliquod in petra constantissimè durisæ libratur, & obtusum. Tertull. l. de pat.

Nihil minus virile, nihil mullebrus; quam robur in lingua habere. S. Chrysol. hom. 31. in Act.

Patientia est quasi scutum, quod opponitur sagittis tribulationum, injuriarum, tentationum &c. S. Vincent. Ferr. f. 3. de SS. Trinit.

Virtus fortitudinis ostenditur maxime in tribulationibus. S. Vinc. Ferr. l. 4. D. 4. Adv.

Contra linguæ gladium patientia præsecutum. S. Isidor. l. 2. folioq. c. 7.

Quidam singulari facultate vir dixit: Christianum hominem oportere robur habere, non mallei, sed incudis. Isid. Clq̄ ruz. 6. l. 1.

§. X.

Patiens est prudens, sapiens.

Ex Veteri, & Novo.

Usti una de stultis mulieribus locuta est. Tob. 2. 10. Eam, quæ impatientiam docet; & in iram animum stimulat, aptè stultam vocat; non iracundam; non rixosam: nam sicut sapientia semper cum patientia conjungitur; ita iracundia cum stultitia. Pinna in Eccl. 2. Ethol. 26.

Dolentia viri per patientiam nolescit. Prov. 19. 11. Ex eo enim, quod prudentia causet patientiam, rectè ex patientia, velut ex affectu, cognoscitur prudentia, ejus causa; ita ut verè inferas: hic homo est patiens, ergo prudens: quia prudentia infallibiliter causat patientiam. Vicissim ex causa colligas effectum: est sapiens, ergo & patiens. Dicit hoc Salomon, ut viri errorem confutet. Vulgus enim æstimat eos, qui patienter tolerant probræ, & injurias; esse simplices, viles, & abjectos: contrarium ergo hoc docet Salomon. Ratio: Sapiens, & prudens, sapienter intelligit, in hac vita adeo misera multa adversa homini esse expectanda; ac proinde ad ea se comparat; ut per patientiam ea facile ferat. Scit enim, si in iis sit impatiens, malum, malique sensum, se duplicaturum: cruciabitur enim, & sensu mali, & sensu suæ impatientiæ; cùm simpliciter sit habiturus dolorem; si patiens sit. Cornelius hic. Dolentia viri. Quia tanto quique minus ostenditur doctus, quanto convincitur minus patiens. V. Beda l. 2. hic.

Vir sapiens fortis est. Prov. 24. 5. q. d. Sapiencia facit fortes, & validos, ad quævis ardua, vel conficienda, vel sustinenda: licet corpore infirmi sint. Sept. melior est sapiens fortis. Hebraei, teste Aldrovando in asino, sapientis Symbolum dant asinum: eo quod instat asini multa sapienter, id est, patienter, & fortiter perferre debeat. Cornelius hic.

Ex Patribus, & aliis.

Philosophi omnem sapientie ostentationem de patientia præferunt. Tertull. de pat. initio. Non invenit locum sapientia ubi non est patientia. S. August. l. 4. de Verb. Ap.

Patientia comes est sapientie, non famula concupiscentie. S. August. l. de pat. c. 5.

Sapientis spiritus in sapientis Christi patientia plenarie requiescit. S. Rupertus l. 2. de oper. S. Spir. c. 3.

Qui est magis patiens, magis est sapiens. S. Thom. Aqu. de condit. principum l. 5. c. 34.

Quod quique est patientior, eo probatur esse & sapientior. Drogo Ost. de 7. don. Spir. S.

S. XI.

Patere, quia meritis es

Ex Veteri.

Merito hæc patimur, quia peccavimus in fratrem nostrum. Gen. 42. 21. Oleaster: optima consideratio: cum poenam sentis, culpæ meminisse. Apud Alvarez hic Illust. 179.

Dominus præcepit ei, ut malediceret David. 2. Reg. 16. 10. Imitemur Davidem: qui cum malediceretur à Semei, cogitabat de peccatis suis, quibus id meritis erat: ideoque patienter idipsum tulit. S. Gregor. mor. l. 31. c. 27. tunc illa beneficia bene toleramus: cum in fecerit meritis ad mala perpetranda recurrimus, & majora nos meritis videmus. Cornelius hic.

Uelicitur non secundum peccata nostra. Judith 7. 17. 2. Efdre 9. 33. Levites: Et tu iustus es in omnibus, quæ venerunt super nos quia veritatem fecisti: nos autem impij egimus. Da. 3. 28. in veritate, & iudicio, induxisti omnia hæc propter peccata nostra.

Iustus ex Domino. Pl. 118. 137. S. Ambros. l. 18. vulgus hominum iniuste te putat tolerare, quod patitur. At vero iustus vir, qui seipsum statim in exordio sermonis accusat, iustitiam Domini prædicat; quod meritis suis digna patiatur. Apud Mendoza in 1. Reg. 3. annot. 6.

Si ignoras te Cr. Cant. 1. 7. Per cognitionem sui cessat omnis querela contra Deum de malis, quæ patimur. Precautione sponte involvit querimoniam de absentia sponis; ob quam in tor. miseriam esse prolapsa. Cui respondet sponus: si ignoras te. q. d. si te cognoveris, non quereris. Abi post vestigia gregum & discite obedientiam, subjectionem, & sustententiam, à gregibus irrationabilibus. Sicut oves percutienti pastor non contradicunt, ab illo se duci sinunt: quo vult, ita tu committe te mea providentia. De Ponte hic Exhort. 14. §. 6.

Non propter numerum hæc patimur peccantes in Deum nostrum. 2. Machab. 7. 18.

Ex Patribus.

Leve videbitur, quod injuria percutimur; dum in actione nostra conspiciamus, quia pejus est, quod meretur: sicque se, ut contumelii gratia magis, quam ira, debeat. S. Gregor. mor. l. 30. c. 9.

Quando bene est, lauda misericordiam; quando male est, lauda iustitiam. S. August. in Pl. 98.

Peccator filius designatur flagellari: cum sine peccato videat unicum flagellatum. Id in Pl. 88.

Challianorum propria virtus est, etiam in his, quæ adversa putantur, referre gratias Creatori. Qui sibi factiores videntur, solent Deo referre gratias: quod de periculis, vel miseris, liberati sunt. Sed juxta Apostolum, hæc virtus est maxima: ut in ipsis periculis, atque miseris, Deo gratias referantur, & semper dicamus: benedictus Deus! minora me vult sustinere, quam mereror: hæc ad mea peccata parva sunt: nihil mihi dignum redditor. S. Hieron. ep. ad Eph. 5. 20.

Non mutures, non blasphemus; non dicas: quare sustineo mala? sed magis dicas: peccavi! non sunt tanta supplicia, quanta existerent peccata. S. Ildorus l. 1. folio 10.

Laudamus civiles leges & decreta imperialia, & humana iudicia: quæ condignant malefactoribus retributionem jubent impendi: & iustitiam Dei detrahimus, iudiciaque damnamus: si nos delinquentes insequitur, si nostris, non parciat flagitiis. Quodque deterius est, peripse, quod in altero acquiescimus fatemur, per impatientiam reprehendimus: si periclitari in nobis, S. Laur. Just. l. de spir. an. retur.

Quisquis peccatē miserit omni peccati, & animæ læsionem inveniorem; utique aut parum sentiet, aut ex toto non

sentiet corporis poenam: nec reputabit laborem, quo peccata noverit deleri præterita, futura caveri. S. Bernardus, 3. de altitudine cordis.

S. XII.

Patientia innocens.

Ex Veteri.

Et autem agnus absque macula. Ex. 12. 5. Agnus requisitus ad immolandum, & ad necem, debebat esse sine macula. Placet Deo innocens victimam. Sylveira in Act. 25. q. 1. Innocentia maxime patiendum.

Neque reprehendis me cor meum in omni vita mea. Job 27. 6. patiens Job ait.

Quoniam declinaverunt in me iniquitates. Pl. 54. 4. id est, quoniam inimici proccerunt in me falsa crimina. Cor meum concubatum est in me, & dixit: quis habet mihi pennas sicut columba? Bellarminus hic.

Dilectus meus candidus, & rubicundus. Cant. 5. 10. Rupertus: unde candidus? & unde rubicundus? Nimirum candidus sanctitate, rubicundus Passione. Dicit aliquis: si ergo candidus, quare rubicundus? si sanctus, quare passus? Did. Nyss. D. 16. Pent. §. 1.

Sicut ovis ad occisionem ducetur. Il. 53. 7. Ideo innocentissimus agnus neci datus, quia velut ovis omnibus se beneficiabat. Id. ib.

Daniel. c. 1. 6. non peccavit; Ananias, Azarias, Misael, à peccato immunes fuerunt; & tamen captivi effecti sunt. Origenes hom. 1. in Ezech.

Ex Novo, Patribus, & aliis.

Ad reges, & principes, ducimini propter me. Matth. 10. 18. Sanct. Thom. ducemini ad reges: sed magnam debetis habere consolationem, quia propter me scilicet, quem diligitis: Hugo Card. hæc erat eis magna consolatio; cum scirent, quod propter Deum patienter. Sylveira hic c. 8.

Eccæ agnus Dei. Joan. 1. 29. Joannes Passionem non ignorabat: sed hoc primum testatus est, dicens: ecce agnus Dei. Agnum vocans, crucem divulgat. S. Chrysol. in Cat. S. Thomæ. Ubi innocentia Christi prædicatur, ibi crux, & mors denuntiat: insepabilia crux, & innocentia. Sylveira in Act. 25. q. 1.

Existimabat se vitulum videre. Act. 12. 9. Cur Petrus Angelum non agnoscebat? Erat Petrus innocens inclusus in carcere, & erant ibi multi iniqui, & malefactores, videntes se innocentem à vinculis abolveri, eum maligni remanent in custodia; scientesque Mundi persequantur, quia innocentes opprimuntur, & parvi salvantur: ideo velut somnium, quod fiebat, reputabat. Sylveira hic q. 14.

Gaudio in passionibus. Glor. 1. 4. Ratio: nihil mihi conficitur sum. 1. Cor. 4. 4.

Tentatum per omnia absque peccato. Hebr. 4. 15.

Nemo vestrum patitur ut homicida, aut fur, aut malefactor, aut alienum appetitor. 1. Petri 4. 15. Hugo à S. Vict. dum expendit illud Pauli Gal. 6. 14. mihi absque gloriari, nisi in cruce Domini nostri, ait: dicunt homines, quando poenam sustinent: si meruissent, non erubesceremus; nunc autem iniuste pati ignominiosum est nobis. Obloquium videtur: immo si pro culpa pateris, embescere; si sine culpa, gloriari. Lacro magis esse vis, quam Christus? Sylveira in Matth. 10. c. 8.

Patientia amica est bonæ conscientie, non inimica impotentie. Cum ergo videris quenquam patienter aliquid pati, noli continuo laudare patientiam; quam non ostendit, nisi causa patiendi. Quando illa bona est; tunc ista vera est. S. August. l. de pat. c. 7.

Feliciter sunt miseri, quos certo constat non pernisse. Hinc est, quod gloriantur in vinculis; quorum causa nobis est pro solatio, non conscientia pro flagello. Hildebertus ep. 39.

S. XIII.

Patientia signum prædestinationis.

Num. I.

Figura, & Symbola.

Ex omnibus animantium etc. Gen. 7. 2. Inferius bestias, quadrupedia, atque reptilia; & superius verò aves, & homines, habitasse credendum est. Ibi lata exiit, ubi bestias habuit; ibi anguita, ubi homines servavit. S. Greg. hom. 38. in Evang.

Tolle filium tuum unigenitum etc. Gen. 22. 2. Ismael ad speciem tenerius videtur dilectus; nam, cum Dei iusto domo illum excluderet, matris seapulis imposuit, & panes largitus est. Gen. 21. 14. Quid fecit Isaac? cultu ligna holocausti, & imposuit super Isaac filium suum - & cumque allegasset Isaac filium suum. Dilectus tam præ Ismaele? & quomodo? Ifmaeli

maeli providit commoda, Isaac martyria: ille portatur, hic portat; sed incommodis procuratur Isaac ingens felicitas. Naxera in Jos. 24. §. 7.

Accede huc ut tangam te fili mi; & probem, utrum tu sis filius meus. Gen. 27. 21. Nix aliter deus. Tangendus es mi fili: calidas manus quidem habeo; sed urunt. Sed si filius meus es, patieris te tangi. Drexelius Gymn. pat. 1. 1. P. 1. c. 2. §. 2.

Rachel ultimum filium, eumque charissimum, Benoni, hoc est, filium doloris. Gen. 35. 18. Sicut Il. 53. 3. Christus virum dolorum. Jacob autem eundem Benjamin, id est, filium dextera nominavit. ib. Quid est hoc aliud? quam filios Dei, qui persecutionem patiuntur, esse non tantum Benoni, seu filios doloris; sed etiam Benjamin, filios dextera: qui scilicet in illa dextera agnorum, esse non tantum, stantur. Stengelius t. 1. Judic. div. c. 31. Formosa illa Rachel Ecclesie est typus; quæ magnis angustiis, & doloribus oppressa plurimos emittit filios; quos haud incongrue doloris filios appellare potest; sed eos deinde Pater celestis dextera filios nuncupat; quod, qui in tribulationibus stabiles sunt, tandem velut legitimi filii à Deo ad dexteram in regno cælorum collocandi sunt. Petrus Beseus D. 3. Pasch.

Joseph accepit fratres suos - crimine pessimo. Gen. 37. 3. Sed non refertur ultra patris oburgatio. Joseph verò referens Patri, & fratribus, somnium de sole, luna, & stellis, arguitur à patre: quid sibi vult hoc somnium, quod vidisti? vers. 10. Reliqui erant filii ancillarum; Joseph verò tenuissime dilectus, & patri præ cæteris erat charus. Videtur fratres ejus, quod à patre plus tantis filiis amaretur, oderant am. 4. 4.

Invenit Joseph in sacro Benjamin. Gen. 44. 12. In saculo Benjamin was Joseph inventum est. In habitu & vita Religio, repetiri debet calix Jesu Christi, hoc est, Passio eius, paupertas, & austeritas. In hoc vase, aurari solet ipse Dominus; nam ex clarioribus signis prædestinationis est; si liberet bibas sanguinem Passionis Domini. Diez Monachi austeritas.

Domus Chorbim aurea, & mallei opera extenuato. Ex. 25. 18. hoc est, ex auro ductilis, & mallei opera extenuato: quia in sanctis sanctorum, potissima templi partes, collocandi erant. Baradius tom. 2. l. 8. c. 10. cum audisset in vinculis.

Voluit sacra ingentia ad se servata - vos autem nolite stare. Jos. 10. 18. 19. Quam amaverat, hostibus quietem permitit; milites verò ad bellicos labores cogit: supplicia regibus distulit; durioribus reservans: eduxerunt ad eum quinque reges de spelunca. vers. 13. Milites, quos compulsi defudare, gloriosius fecit micare trophæis: quos otio indulgere permittit, infami stipiti dedicavit. Naxera hic §. 49.

Num. II.

Testimonia ex Veteri.

Nonne scio, quod certissimè regnaturus sis. 1. Reg. 24. 21. Unde cognovit Saul? ex persecutionibus, quas ab ipso Saule multis diebus indimiliter sustinuit. Patientia in persecutionibus signum est prædestinationis. Diez Patientia.

Ustris consilium constator. Jer. 6. 29. Omnipotens constat hominem; quem creavit: quia per ignem tribulationis, acque per verba doctrine, in unum vult redigere, quem dispersum in multa cognovit; & purgare, qui se propria voluntate infecit. Sed sæpe tribulationis ignis ardet, non purgat: & doctrina suscipitur, & non emendat; non defectu agentis, sed perversitate patientis. Nullum sanè reprobationis signum certius, quam purgatoris per Deum ordinatis nolite purgari. Sim. Cassi. l. 4. c. 3.

Propter me creta est tempestas hæc. Joan. 1. 12. Navis illa, qua servus Dei Jonas vehabatur, plena erat idololatris, & Invidiis; quos tamen pro tunc Deus non punivit, & de inobedientia servi sui vindictam tulit. Sic, licet non Fideles premamur miseris; & Turcæ &c. in prosperitate vivant; non putemus Deum nostri oblivisci: quia agit nobiscum tanquam cum filiis sibi valde dilectis; castigat nos, ut emendemur. Diez conc. 2. in Nat. S. Joan. B.

Jonam te quasi servulum. Aggr. 2. 24. Myrice, Christus est signum Dei: quia sua effugit, putā, sua fide, & gratia, virtute, motibus, charactere in Baptismo, aliis Sacramentis, obgnat suos Fideles. Deus enim misit Christum qui voluit nos conformari fieri imaginis Filii sui. Rom. 8. 29. ut sicut portuimus imaginem terreni Adæ; ita portemus & imaginem celestis. 1. Cor. 15. 49.

Ducam tertium partem per ignem. Zach. 13. 9. Tertiam partem Electorum per ignem traducit; ut populum suum. Ideo subiungit: ducam populum meum es. S. Cyrill. Alex. ad multas vexationes, & perfectiones, excipienda vocati sunt. Quæ igitur hinc utilitas: aut quod proxiimum referere? qui sic affecti, & prostrati sunt? Domestici, noti, & dilecti Deo,

evaserunt. Quocirca hereditas Dei, & Patris facti sunt. Arcones in Il. 1. 25. Disc. 4.

Ex Novo.

Ipe saltem faciet populum suum à peccatis eorum. Matth. 3. 21. quoniam non salvi fiunt, qui non sunt de populo Dei, Quem autem appellavit Deus populum suum, nisi populum; circumcisum? ut spirituali circumcissione scernat, qui de populo Dei fatagat numerari. Sed quis populus Dei, nisi qui fuit flagellatus in Ægypto? Flagellis erudiri oportet, qui vult esse in populo Dei. Populus Dei est, qui dimisit spiritualem, & obscuram Ægyptiacam regionem; qui effugit servitutem invisibilis Pharaonis; qui sequitur Moysen, Aaron; legem, & Sacerdotium; doctrinam, & gratiam; Evangelium, & Sacramenta: qui transit mare sæculi sicco vestigio; ne pedes animarum intingant mala doctrina, & luro temporalium rerum; qui videt Ægyptios malorum delectationum in litore suffocatos; qui per desertum sequitur Christum. Sim. Cassi. l. 2. c. 17.

Cum audisset in vinculis. Matth. 11. 2. Joannem, quem Angelus Luc. 1. 15. magnum coram Domino fore prædixerat, vinculis videmus in carcere confictum; Herodem verò impium in sublimi throno. Innocens cruciatur, nocens delicitur: qui enim magnus est, magna tolerat; potentes virtute potenter propter Deum tormenta patiuntur. Virtutis magnæ labores magni comites sunt. S. Chrysol. hom. 8. in Matth. vultit cuncta sustinere, sciens, tribulationes maximas inseparabiles quosdam comites esse virtutum. Dulcibus in suis vis ingentes ceteri, alique magni pisces, non reperiuntur; sed amaro mari: sic in dulci vita magis coram Domino viri non videntur. Magnæ naves per profundum pelagus; magis coram Domino viri per profundas tribulationes, in cœlum navigant. Sublimi, conspicuoque ædifici loco stantur lapides pluribus, quam alii, percussibus dolantur: sic sublimiori in throno cœli collocandi homines pluribus, quam ceteri, cruciatibus poliuntur. Baradius t. 2. l. 8. c. 10.

Hic est Filius meus dilectus. Luc. 9. 35. O cœlestium tempestatum faustissimos turbines! d nobilium omni iudicanditate ferentis! Apostoli quidem pavore terrii ulinuum timebant excidium: cum ecce tibi & nibe aurea effluit vox, qua Christus dilectus Deo Filius renuntiatur. Ergo noli desperare, cum aer super caput nimbis impenderit: nam licet te vestimentis glorie exuant; licet Moysen, & Eilam, fugeret licet tui fulgorena vultus infuset: filium nihilominus te Dei non declarat tantum, sed facit. Magis à Deo amaris, cum nubes te horrida inumbrat. Il. 19. 2. ecce Dominus ascendet super nubem leviat; nubes sunt persecutiones; sed iustitiam solem non subducit, at advehunt, Oliva lib. 13. Strom. hic.

Flagellat autem animum filium, quem recipit. Hebr. 12. 6. Nè te sine flagello speres futurum; nisi forte cogites exhereditari. S. August. in Pl. 31.

Ego, quos amo, arguo, & castigo. Apoc. 3. 19. Econtra verò. Jer. 12. 1. quare via impiorum prosperatur. Ansbertus hic. Electi per præsentem tribulationem ad hereditatem paternam; & reprobi, sine temporali flagello, ad mendicantem perveniunt æternam. Apud Sylveira in Act. 8. q. 14.

Ex Patribus, & aliis.

Quod te non vult pati, non patieris; quod te permiserit pati, flagellum corrigentis est, non poena damnantis: ad hereditatem æternam erudimur, & flagellati dedignamur? S. August. tr. 7. in Joan.

Nonne melius est, ut flagellet te, & recipiat te; quam parcat tibi, & deferat te? S. Aug. de verb. Dom. ferm. 4.

Certa, atque secuta est expectatio promissæ beatitudinis; ubi est participatio Dominiæ Passionis. S. Leo l. 9. de Quadregesima.

Quemadmodum continuus successus temporalis indicium damnationis est; ita flagelli eruditio cum patientia in dubium prædestinationis agnoscitur esse præfagium. S. Laur. Just. l. de con. Mund. c. 19.

Qui bona agit, & mala suscipit; quidquid sibi iuste retributionis in terra subtrahitur, hoc illi in cœlo multipliciter emulatur. Porro medici corporum, quos desperant, ad percipiendâ passim, quæque petierint, alimenta relaxant: ad quos erigendos esse conspiciunt; cuncta eis noxia delectationis misaciter interdiciunt; antiodia insuper amara propinant. Vites quoque, & fecundæ arbores, putationibus subjacent; steriles autem, & quæ ignibus sunt tradende, ramis evagantibus, quod liberius, eò diffusis patent. Noli itaque hujus vite felicitatem hominibus invidere; sed condole: immo, quia ipsi non dolent, potius ingemiscere. Qui nimirum velut bruta animantia ad macellum edendo properant, edendo ad gladium lascivendo festinant. B. Petr. Dam. ep. 6.

Sic mens in prosperis timida, sit in adversitate secunda: cumque bona facit, & tolerat; tunc se procul dubio numerari